



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiæ & Iuris Canonici Doctoris |||  
celeberrimi, ac Ecclesiæ Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

Daniae Imperio submisisset, eamq; ab Imperatore impetrasset. Iniuriam verò maximam æmuli Kanuto viro iustissimo irrogauere. Talis enim & vixit & mortuus est Kanutus, vt miraculis in morte coruscans, inter sanctos referretur: quod in Dania diximus, & attigimus in *Wandalia*.

## CAPVT III.

**H**olsatia per ea tempora moriente primo Adolpho, adolescentior eius filius, itidem Adolphus cœpit præesse: Nam, quod prædiximus, Hartungus maior filius cecidit sub rege in expeditione Bohemica. Erat autem tum rerum status: *Wagriam* & omnem terram Obotitorum, quæ nunc dicitur Magnopolensium, tunc, ut diximus, tenuit Kanutus, vir regij sanguinis, patre natu<sup>r</sup> Erico, qui in peregrinatione ad terram sanctam Cyprum moritur: quod in Dania diximus. Eam vero *Wagriam* illustrabat prædicatione vir Deo acceptissimus Vicelinus, habitans cum fratribus in Faldera. Misit autem prædicatores ex suis in veterem urbem Lubicam, in loco qui nunc dicitur *Zwartow*: Ibi Henricus Godcalci filius, ecclesiam extruxit in mōte trans flumē Trauenā. Vicelinus autem cum Henrico per charus exitisset, adiūt filium eius *Zwenteploch* redeuntem ex lōginquis, fœderisq; paterni illū admone ns, impetrauit, vt prædicatores exceptere dignaretur in sua Lubica. Annuit ille perbenigne: Missiq; fratres Ludolphus & Volquardus, prædicationi insitēre, & à mercatoribus humanissimè sunt foti. Cum interea Rugiani hostes posteriorum Henrici, propter Imperium, quod in illos quoquè propagare contenderat, & nomen Christi, quod gentiles oderant, in Lubicam veterem per mare duxerunt, occisis omnibus quos repererant, sacerdotes effugabant.

Aa 4 *Wanda-*

8vandalorum autem principem, vnum ex Henrici filiis,  
Holsatorum quidam peremit: nec diu superfuit illi filius,  
simili morte peremptus: & peruenit principatus, quod  
diximus, ad Kanutum: qui ecclesiam Lubicæ iussit ad-  
ornari: Sepiusq; inter Lubicam & Sleswicum diuer-  
satus, apud Falderam contubernio vsus est beati Viceli-  
ni. Sed non est datum illi terra, vt diu tam bono prin-  
cipe frueretur. Interceptus enim insidijs Magni fratri pa-  
truelis occiditur, & mala multa consurgunt. Sed ita  
men ea fuit præstantissimi viri ducis Kanuti, immo-  
gis memoria, vt inter sanctos Dei illum referret ecclæ-  
sia. Imperator audita eius viri morte indoluit, quod Re-  
mano Imperio ille & manu & consilio promptissimus vi-  
deretur. Ericus Kanuti frater, sciens quo in illum fu-  
set animo Imperator, misso nuncio auxilia rogauit, ad  
vindicandum necem fratris: Nec distulit Imperator,  
ducens in Sleswicum per Holsatiam, Adolphum secun-  
dum habens expeditionis commilitonem. Sed Nicolau-  
rex, Magnusq; filius, contractis & illi copijs obsterunt,  
quo minus Imperator & Ericus exercitus suos con-  
gerent. Praeuenerunt etiam Imperatorem, pacienter,  
vt Magnus Imperatoris esset satelles, & condigna mihi-  
lominis cædi impenderetur satisfactio: magni enim  
eris summa expromissa est. Sed quanta fuerit pectorum  
fides, indè emicuit, quod abeentes Imperatoris extre-  
ma agmina Magnus lacefuit, quæ Adolphus Holsa-  
tiae comes duxit. Abeuntem Imperatorem Ericus ex-  
eratur, & quibus potuit viribus regi Dania collucta-  
tur: Exclusus regno, Sleswicum se contulit, mittens  
ad Adolphum Holsatum, vt armis expeditis illi oc-  
curreret, tuereturque à premente & obsidente Ma-  
gno.

CAPV

